

ANALEKTEN.

1.

Beiträge zur Lutherforschung.

(Fortsetzung zu Band XXVI, S. 243—249.)

Von

Otto Clemen (Zwickau i. S.).

Ehe wir auf die Kamenzer Handschrift der Probationes conclusionum In capitulo Heydelbergensi disputatarum eingehen können, müssen wir eine Vorfrage erledigen.

In W. E. Tenzels Historischem Bericht vom Anfang und ersten Fortgang der Reformation Lutheri, 3. Druck, Leipzig 1718, S. 328 wird als in der Fürstlichen Bibliothek zu Gotha befindlich „ein alt geschrieben concept“ erwähnt, in welchem die probationes der philosophischen Sätze aus Luthers Disputatio Heidelbergae habita von 1518 ausgeführt seien, „wiewohl die beeden ersten mangeln und ihrer nur zehen expliciret und in eine andere Ordnung gesetzt sind“. Luther habe diese probationes nicht gemacht, „sondern der erste possessor des Bands, worinnen sie befindlich, hat in dem indice contentorum auff dem ersten Blatte sie mit den Worten bezeichnet: disputatio Lutheri Heidelbergae per Stifelium, subintellege: explicata. Ist ohne Zweifel der Michael Stieffel von Efslingen“. G. Th. Strobel, Neue Beyträge zur Literatur besonders des sechzehnten Jahrhunderts I, 1 (Nürnberg und Altdorf 1790) S. 31 Anmerkung bezeichnet die Zusatzbemerkung Tenzels: „subintellege: explicata“ als eine Voreiligkeit. Es sei vielmehr zu ergänzen: descripta — und nun bezieht er sich auf einen Brief Stifels an Spalatin, den er aus seiner Vorlage (Heckelii Manipulus primus epistolarum singularium) mit dem falschen Datum: Cantate [24. April] 1524 wiedergibt, während er in Wirklichkeit Cantate [10. Mai] 1528¹ geschrieben ist, in dem

1) Vgl. meine Beiträge zur Reformationsgeschichte aus Büchern

Stifel schreibt: „Pro Propositionibus Heydelbergae disputatis, quas manu propria mihi scripsisti, gratias ago, quas possum. Vix aliquo opere alio potuisses adeo uincire animum meum tibi.“ Stifel habe „unfehlbar“ diese ihm von Spalatin zugeschickten propositiones sich abgeschrieben und Spalatin seine Handschrift wieder zugestellt. Also sei Luther und nicht Stifel der Verfasser. — Strobel konfundiert hier jedoch die propositiones selbst und die probationes dazu. Nur letztere hat Tentzel Stifel zugewiesen.

So hat auch Knaake W. A. 1, 352, der übrigens die Stelle bei Strobel übersehen hat, richtig Tentzel verstanden. Unverständlich ist es aber, daß er auch die nach Tentzel in Stifels Manuskript fehlenden beiden ersten probationes — es sind die zuletzt in opera varii argumenti 1, 404 f. abgedruckten „Resolutiones duarum conclusionum in disputatione Heidelbergensi D. Mart. Lutheri, 1518“¹ — wegen jener Bemerkung im index contentorum des Gothaischen Bandes Luther abspricht und aus seiner Ausgabe ausschließt.

Herr Oberbibliothekar Professor Dr. Ehwald in Gotha hat das von Tentzel erwähnte „alt geschriebene Concept“ vor einiger Zeit in cod. Goth. A 398, der zu den von E. S. Cyprian zusammengebrachten Bänden gehört und meist Abschriften von Lutherbriefen enthält, wieder aufgefunden. Es sind 29 Quartblätter von Stifels Hand — wie ich durch Vergleich der Schrift mit der in Stifels zweibändigem Apokalypsenkommentar, den die Bibliothek der Thomaskirche in Leipzig verwahrt², feststellte. Die Schrift ist anfangs ziemlich weitläufig, später kompresser. Stifel hat seine Ausführungen offenbar sehr schnell zu Papier gebracht; das zeigen die zahlreichen Korrekturen, angefangene und wieder ausgestrichene Wörter und Sätze. Außerdem finden sich noch Korrekturen von anderer Hand, vielleicht der Selneckers, dem Stifel seine Bibliothek vermachte³ und der auch in dem Apokalypsenkommentar Korrekturen und Kürzungen (als Vorbereitung zur Drucklegung?) vorgenommen hat. Stifel hat Luthers philosophische Thesen in folgender Reihenfolge behandelt: 1 = W. A. 1, 355 Nr. 39. 2 = Nr. 38. 3 = Nr. 35. 4 = Nr. 34. 5 = 31. 6 = 40. 7 = 37. 8 = 36. 9 = 32. 10 = 33. Seine Ausführungen zeigen ihn uns nicht nur als gelehrten Theologen und Philosophen und spekulativen Mathematiker, sondern auch von einer

und Handschriften der Zwickauer Ratsschulbibliothek II (Berlin 1902), S. 103, A. 1.

1) Es sei schon jetzt erwähnt, daß dieser Abdruck nach der Kamener Handschrift sich bedeutend verbessern läßt.

2) Vgl. Strobel, S. 71 ff.

3) Strobel, S. 71.

ganz neuen Seite: als geist- und witzreichen Satiriker. Über die Zeit, in die das Opusculum fällt, läßt sich zunächst nichts Genaueres sagen. Als terminus a quo für die Abfassungszeit wird das Datum jenes Briefes Stifels an Spalatin: Mai 1528, gelten müssen, denn damals kamen die Heidelberger Disputationsthesen offenbar zuerst zu Stifels Kenntnis. Es kommen einige Anspielungen auf Persönlichkeiten, die in der Reformationsgeschichte eine Rolle spielen, vor; diese führen uns jedoch nicht weiter, sondern versetzen uns eber ein paar Jahre zurück.

[Fol. 16^b.:] Male me habet quosdam velle conciliare hunc purioris philosophię conspiratorem [d. h. Aristoteles] ceteris philosophis. Hoc tale est, quale opus ille stultissimus Schatzgeyr [a]ttentabat, dum conciliare moliretur sophistas Luthero ÷ Belial Christo. Atque hic liberet egregie reclamare, nisi prae dulcedine ignitę vehementer Theologię purissimę dei gratię commendatricis etc. fastidirem philosophica, quemadmodum prae amore recognitorum operum Christi viluerunt meę obseruantię monasticę opera.

[17^a.:] Utinam sacramentarij nostri saltem essent philosophi, quando non possunt esse theologi, vt vel sic desinerent velle comprehendere impuro punctulo rationis suę. Du lieber Got, wie gern [17^b] glaub ichs, das es sey deyn leib, quia tu dixisti, Christi omnipotens maiestas. Pulchrum est paradigma de beato Augustino et puero conante refundere totum mare in modicam foveam, quam effoderat. Mire placuit relatio de illustrissimo principe Francisco duce Luneburgensi. Qui dum Arithmeticę studeret et in opusculo (quod festiue compingi sibi fecerat) legeret commendationem istam ineptam [et] falsam certitudinis Mathematicę, qua dicitur non posse deum facere, vt bis duo non sint quatuor, ille abiecto codice cum ira et indignatione noluit vnquam in eo quidquam legere amplius.

[20^a.:] Sed vt fingant sophistę (quorum Erasmus et tutor est et impugnator) in voluntate hominis vim quandam liberi arbitrij, qua homo se possit applicare ad gratiam etc, . . .

[24^b.:] Ita fertur Otho Brunfelsius post diuinum biblicorum lectionem et exercitationem dixisse: ye lenger ich studier in der Bi[25^a]bel, ye irriger ich wird, drumb will ich Bibel lassen Bibel seyn vnd ein Medicus werden. Vtinam huius exemplum saltem ceteri sequerentur, vt, quando prodesse nihil possunt, saltem tandem obesse desinerent.

Hinweise auf die Entstehungszeit enthalten ferner auch die in den Erklärungen zur 7. und 8. These erwähnten Äußerungen Melanchthons über Plato und Aristoteles. Leider habe ich sie in den Opera Melanchthonis nicht finden können. Speziell über die Wertschätzung, die Aristoteles Plato hat angedeihen lassen,

spricht sich Melanchthon in der *Declamatio de Aristotele* von 1544 (C. R. XI 650f.) wesentlich anders aus. Ich drucke jedoch die Ausführungen zur 7. und 8. These mit ab, in der Hoffnung, daß andere in der Rekognoszierung dieser Äußerungen Melanchthons und im Zusammenhang damit der Datierung von Stifels *Opus glücklicher* sein werden. Ferner teile ich mit die lustigen Erklärungen zur 9. und 10. These, die ganz im Stile der Dunkelmännerbriefe geschrieben sind, und als Probe für die gründlichen philosophischen Erörterungen des Hauptteils die zur 1. These, wobei ich auch mit den in der W. A. angewandten Zeichen sämtliche Korrekturen andeute, hauptsächlich um zu beweisen, daß es sich nicht etwa um eine Abschrift Stifels von fremdem Gedankengut, sondern um erstmalige, flüchtige Aufzeichnung von eigenen Gedanken Stifels handelt.

Ex philosophia

Decem Conclusiones D. Martini Lutheri,
 Quas disputavit Magister Leonhardus Beyer
 In Vniuersitate Heydelbergensi publica
 Præsidente eodem D. Martino Luthero
 Tempore Synodi Augustinianę. Anno 1518.

Prima Conclusio.

Si Anaxagoras infinitum forma posuit (vt videtur), optimus philosophorum fuit, inuito etiam Aristotele.

Ratio est: Quia, si infinitum forma posuit, certe optimum, quod est in philosophica cognitione, apprehendit, nempe veritatem Dei, seu diuinitatem, eiusque sempiternam virtutem etc. Ita enim apostolus Paulus [Röm. 1, 18 ff.] testatur philosophos accepisse* donum intelligendi* Deum et inuisibilia eius, scilicet ductu rationis per ea, quae facta sunt etc.*. Et non dedit deus omni homini hanc naturalem sui cognitionem, sicut non omni nationi taliter fecit, vt Israheli*, cui eloquia sua tradidit, quibus eum coleret*. Inuenitur enim Aristoteles (quem tamen lumen naturę vocant*) hac cognitione caruisse eamque impugnasse*, sicut sui sectatores sophistę impugnant ver[e] theologię summa capita.

[22^b] Quod vero optimum in philosophia sit ista naturalis dei cognitio, apparet ex eodem loco apostoli. Ostensurus enim Paulus

* accepisse <a Deo> — intelligendi <ipsum> — etc. *steht über* <ab ipso Deo> — Israheli <quibus> — coleret *korr. aus* colorent — quem — vocant *a rh* — impugnasse <quemadmodum nunc faciunt sui sectatores nostri sophistę, impugnantes summam et optimam Theologię cognitionem, quae est per Christum absque ductu rationis supernaturaliter effusa in spiritu sancto etc. data. Quod vero <optima> optimum in philosophia sit ista natu> — sophistę <summam>.

necessitatem credendi in Christum duo summa et optima (post Christum) dona dei introducit, vt, vbi illa sine Christo nihil promouerint ad verum dei cultum, magis vero obfuerint et abundare fecerint peccatum, nihil amplius sit sub celo, quod promouere possit etc. Relinquitur ergo autoritate apostoli praedictam de deo cognitionem optimum esse in philosophia et moralium cognitioni supereminere, quemadmodum etiam in Theologia cognitio dei per Christum excellit omnium operum bonorum et cognitionem et operationem etc. Ratio vero, qua Anaxagoras videtur, imo certe affirmatur posuisse infinitum forma, sumitur ex ipsius verbis, quae talia fuisse referuntur: „Vnum est, quod melius est quam omnia simul“. Istit certe verbis testatur esse bonum aliquod optimum siue summum et vnum siue simplex, cuius comparatione cetera omnia simul sumpta vilescant. Non aliter deum [!] confitetur Augustinus 5 li: Confes: Cap. 4: „Beatus, inquit, qui te scit, etiam si omnia alia nesciat, infelix, qui scit illa omnia, te autem nescit. Qui vero te et illa nouit, non propter illa beatus, sed propter te solum beatus est.“ Et 7 Con: Cap. 11. Vide*. Sed videamus, vt semetipsum exponat Anaxagoras. Hic suum hoc vnum Mentem vocat absolutam absoluentem omnia quibusdam medijs etc. „Hoc vnum, inquit, non est corporeum, sed forma quaedam ineffabilis incomposita [13^a] siue simplex. Nempe Mens est. Et absoluta Mens, vt sit infinite simplex, impermixta summe, seu (melius enim dici non potest) absoluta ab omni potentialitate (vt vocant), vt sit actu pura, absoluta ab omni compositione, vt sit summe simplex, absoluta ab omni mutabilitate, vt sit simpliciter aeterna. Ista enim omnia sese concomitantur imo* coincidunt in absoluto simpliciter*, illud non possit esse nisi infinitum*.“ Deinde Anaxagoras hanc Mentem causam facit omnium, vt sit ipsa omnipotens etc. Haec omnia* latius patebunt ex sequentium Conclusionum resolutionibus. Restat ergo Anaxagoram posuisse forma infinitum, quod solum habet immortalitatem, vt apostolus ait, et apud quod non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio etc. Itaque optimus fuit philosophorum, ipse Anaxagoras* ab optime philosophiae partis comprehensione. Et vt per omnia conclusioni satisfaciat, inter optimos fuisse videtur optimus, quod hanc cognitionem traxisse videtur ad affectus, et exemptus de eorum numero, qui de* tanta cognitione inflati et ingrati euauerunt in cogitationibus suis. Elucebat enim in eius vita singulare* specimen omnium virtutum, ita vt contemptu gloriae et diuitiarum atque

* 7 — Vide r. — imo *steht über* <et> — simpliciter, <eo o quod> — *Nach* infinitum *roter Strich*. *Am Rande von anderer Hand*: quod enim absolutum est, hoc actu purum est, hoc actu infinitum est, hoc summa simplicitate incompositum est etc. — omnia <no> — Anaxagoras <ab optimi philosophiae> — de o — singulare <quod>.

patrię cęlestis desyderio imaginem prae se tulerit absoluti philosophi Christiani. Nam hunc cum amici interrogas [13^b] sent, nulla ne vel patrię illi cura esset, respondit: „Quid ergo? Nonne vos ista curatis?“ Et digitum in cęlum intendens ait: „Mihi vero patrię cura est et quidem summa etc.“¹. Verum, an simili qua sanctus Hiob cognitione instructus dicere potuerit cum eodem [19, 26]: „Et in carne mea videbo deum saluatorem meum“, et, an saluatus sit vel damnatus, dei iudicio relinquimus.

[27^b] Septima conclusio.

Imitatio numerorum in rebus ingeniose asseritur a Pythagora, sed ingeniosius participatio idearum a Platone.

Hę quae nunc sequuntur Conclusiones, non sunt adeo viriles vt superiores. Multa tamen industria video eas ita esse positas, quo plura vocarentur in campum disputationis. Explicuit autem Philippus Melan[chthon] locum de ideis, quo certe dignissimum doctis quod admirentur edidit miraculum. Et de numeris ego plura haberem, sed nolo immorari. Vter autem philosophorum istorum res suas tractarit ingeniosius, non opus est, puto, vt exprimamus tormento, maxime cum magis disputetur, quam asseratur ista conclusio eaque, quae proximo loco sequitur. Remota igitur collatione dicamus vtrumque eorum fuisse ingenio, studio et industria praeualidum.

[28^a] Octava conclusio.

Aristoteles male reprehendit ac ridet platoniarum idearum meliorem sua philosophiam.

Vt metuit ista conclusio torturam! Sed attingamus eam moliter, quando ita timet.

Male reprehendit ac ridet, qui, quod non intellegit verum, corrumpit, vel, quod intelligit verum, pro prauo affectu in asserentem reijcit. Eximit tamen vicia hęc ab Aristotele Philippus testans grandiloquentiam Platonis exosam fuisse Aristoteli. Hoc admodum placet. Verum adhuc male ridet et reprehendit. Debuerat enim philosophus hoc innocens v[itium?] in Platone docto alioqui philosopho et bono homine tractasse ciuilius, imo excusasse aut saltem dissimulasse vel ita carpsisse, vt expressis verbis ipsam grandiloquentiam impeteret re salua relicta. Nicht das

1) Vita philosophorum et poetarum cum auctoritatibus et sententiis aureis eorundem annexis, Strafsburg, Joh. Knoblauch, 1516 (St. benutzte wohl eine spätere Ausgabe). Fol. A VIII^b über Anaxagoras: Hic cum admodum dives esset, possessionibus derelictis studendi gratia diutinam peregrinationem assumpsit. Et cum a quodam interrogaretur dicente: non est tibi cure patria? extenso brachio et ostenso celo ait: Imo mihi admodum patria cure est.

Kind mit dem Bad ausschütten. Hoc, inquam, decuisset philosophum, qualis videri voluit Aristoteles.

Nona Conclusio.

Postquam receptum est tot esse formas substantiales quot composita, necessario et tot esse materias fuerat recipiendum.

[28^b] Circa materiam huius conclusionis oritur questio metricalis, quae est talis:

Quero, vtrum asinus
 Cum suis longis auribus
 Indutus pelle caprina
 Sedens in arbore porphyriana
 Rodens folia hypothetica
 Possit absolui a simplici sacerdote.

Respondetur: ista quaestio valde impugnata est et grauida. Responso est: Quia est mechanicalis et poeticalis et geometricalis et logicalis et physicalis et metaphysicalis et theologialis et multa alia, quae enumerare longum esset.

Mechanicalis est, quantum ad pellem caprinam. Poeticalis est, quantum ad metra. Geometricalis est, quantum ad longas aures. Logicalis est, quantum ad arborem porphyrianam. Physicalis est, quantum ad asinos, qui sedemus et studemus in arbore porphyriana, hoc est in Tartareto et Versore¹ et paruis logicalibus². Metaphysicalis est, quantum ad folia hypothetica. Theologicalis est, quantum ad soluere et ligare. Multa alia est, quantum ad sedere et rodere.

Sed dicamus breuiter, quod, quia illa quaestio est de continenti, ideo conuertibilis est in oppositam qualitatem. Nam in quantum sunt infinite formalitates [29^a] et tantum vna est materia prima, non potest absolui. Sed in quantum aqua exit et aer intrat, sic potest absolui et restitui indignationi sanctorum Petri et Pauli, vt patet intuenti.

Decima conclusio.

Ex nulla re mundi aliquid fit necessario, ex materia tamen necessario fit, quidquid fit.

Circa hanc conclusionem primo est notandum, quod nostra philosophia et theologia tripartita est, sicut qualitas in nomine bipartita est et sicut sunt quattuor aues in Donato, scilicet passer, aquila, mustela, miluus. Ita etiam sunt tres partes in nostra

1) Vgl. Böcking, Opera Hutteni VH, 495 f.

2) Theol. Studien u. Kritiken, 1905, S. 401.

philosophia et theologia. Prima est purioris philosophiæ et theologiæ impugnativa. 2^a est rerum non existentium et earundem vocabulorum confictiva. Tertia est puerilium nugarum et anilium fabularum assertiva. Ex prima parte dicimur bellatores inclyti. Ex 2^a parte dicimur subtiles. Et ver[e] ibi est magna subtilitas, quod possumus videre aliquid, vbi omnino nihil est. Et inde habet Scotus suum nomen, qui sic nihil videndo occubuit et viuis sepultus est, vt dicitur in eius legenda¹. Ex Tertia parte dicimur magistrales et glose nostræ etiam dicuntur magistrales. Et notandum etiam, quod praesens conclusio etiam est nostra et est magistralis, quia est ex tertia parte nostræ philosophiæ et Theologiæ. Sed illa conclusio, quae illam praecessit, immediate ipsa est ex 2^a parte et ideo de [!], sicut etiam quaestio, quae mota est illic, etiam est subtilis. His ergo masticatis et bene ruminatis curramus ad narrationem seu stultificationem conclusionis. Vult autem dicere, quasi sic vellet dicere: Ecce istud cochlear, quod iam habeo ibi in manibus meis, est lignum secundum substantiam [29^b] seu secundum formam substantialem. Sed secundum formam artificialem seu secundum formam accidentalem est cochlear. Et antequam forma illa accidentalis introduceretur in istam formam substantialem, non erat necesse, vt illa eadem introduceretur, sed poterat introduci alia videlicet forma ollulæ puerilis vel adhuc alia et iterum alia et adhuc semel alia etc. Sed illa alia forma egisset forte alio artifice vel ad omne minus alia idea in animo artificis posita, vt disputamus, quando sumus platonici. Et sic patet prima pars conclusionis. Secunda pars feliciter patet: Quia, vbi formandum erat cochlear tanquam causa formalis et aderat Cochleus siue Cochlifex tanquam causa efficiens cum suo cultro tanquam causa instrumentali, tunc requirendum fuit lignum vel argentum tanquam causa materialis ad comedendum ex eo tanquam causa finali. Quia alias nunquam fieret cochlear. Et sic patet tota conclusio. Sed tamen vterius notandum est, quod lignum est melius quam argentum ad faciendum cochlear, non quidem propter materialitatem (nisi forte artifex non esset aurifex), sed propter commodiorem vsum. Item propter necessitatem pauperum, qui non possunt emere argenteum cochlear. Item fures non tam libenter auferunt ligneum cochlear sicut argentum. Iterum item, quando pulmentum feruet, tunc argenteum cochlear comburit homini os suum, quod non facit ligneum tam facile. Item lignum esset esset [!] commodius pro eius expulsionem quam argentum pro librorum eius emptionem. Queritur, quando argenteum cochlear comburit alicui os suum, an faciat hoc cochlearis

1) Vgl. zuletzt R. Seeberg, Die Theologie des Johannes Duns Scotus, Leipzig 1900, S. 46 ff.

materia vel cochlearis forma. Dicendum breuiter. Neque materia cochlearitatis facit hoc neque forma eius. Nec valet etiam, quod aliqui cum magna indignatione disputant et vehementi spiritu, quod vtrumque hoc faciat, scilicet tam materia quam forma. Sed salua eorum reuerentia hoc non est verum, quod patet etiam palpabiliter. Sed diceres forte (vt res est magni momenti): Quid ergo tum facit hoc? Respondeo: Hoc facit quidam calor, qui latet sub illa formalitate in ista materialitate. Et tam subtiliter latet, vt videatur esse ex 2^a parte nostrę philosophię et Theologię, ita, inquam, spiritualiter latet seu potius nequiter, vt nec videri possit nec audiri, donec tangatur palato et sic effundit venenum suum, antequam sentiatur. Sed diceres rursus: Quomodo ergo intrauit? Respondetur: Jannis clausis intrauit contractus ex ferore pulmenti, qui venit ex igne etc.

A n h a n g.

In demselben cod. Goth. A 398, dem das Vorstehende entnommen ist, findet sich fol. 53 folgende, soviel ich weifs, bisher unbekante Notiz:

R o m. 1.

Inuisibilia n. Ipsius ex officio mundi per ea quae facta sunt conspiciuntur.

Creatura tota est pulcherrimus liber seu Biblia, in quib. DEVS sese descripsit et depinxit, si intelligas et obserues opera quae fiunt, vt et Pythagoras dixisse fertur. Orbes coelestes aedere suauiissimos concentus. sed nos, obsorduisse. h. e. nos non obseruare, neque aduertere, seu vt Paulus hic dicit, non Intelligere opera eius. sed vt bruta transire. 23 Janua: Anno 1546. M. Lutherus.

Hanc sententiam scripsit Lutherus cuidam in secundum lib. pl. ¹ breui antequam iret Islebiam vbi obdormiuit in domino. Fuit igitur haec scriptio vltima Vitebergae exarata ab ipso.

1) = plinii?